UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Euclio

urn:nbn:de:hbz:466:1-71292

Visual Library

Nunc ſine omni ſuſpitione in ara hic aſſidam ſacra
Hic ego huc et illuc potero quid agant arbitrarier,

Euclio ſenex Strophilus ſeruus

TU modo caue, quicq̃ indicaſſis aurū meum eſſe iſtic fides
Nō metuo ne q̄ſquā inueniat ita ꝓbe in latebris ſitum eſt
Aedepol ne illic pulchrā prędam agat ſi q̇s illam inuenerit
Aulam onuſtam auri, verum id te queſo vt prohibeſſis fides,
Nunc lauabo, vt rem diuinam faciam ne affinem morer.
Quin tibi accerſat me meam extemplo filiam ducat domum
Uide fides etiam atq; etiam nunc ſaluam vt aulam abs te auferā
Tuę fidei concredidi aurum, in tuo luco et phano modo eſt ſitum
Stro. Di immortales quod ego hunc hominē facinus audio loq̇
Se aulam onuſtam auri abſtruſiſſe hic intus in phano fidei
Caue tu illi fidelis queſo potius fueris q̃ mihi
Atq; hic pater eſt vt ego opinor huius puellę her⁹ quam amat
Ibo hinc intro, perſcrutabor phanum ſi inueniam vſpiam
Aurum dum hic eſt occupatus, ſi repperero o fides
Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam
Id adeo tibi faciam, verum ego mihi bibam vbi id fecero

Euclio

NOn temere eſt q̧ coruos cātat mihi nunc ab leua manu:
Simul radebat pedibus terrā et voce crocibat ſua.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram
Atq; in pectus emicare, ſed ego ceſſo currere.

Euclio, Strophylus.

FOras. lumbrice qui ſub terra erepſiſti modo
Qui modo nuſquam cōparebas nunc quū cōpares peris
Ego edepol te preſtigiator miſeris iam accipiam modis.
Stro. Que te mala crux agitat: q̇d tibi mecum eſt cōmertij ſenex:
Quid me afflictas: quid me raptas: qua me cauſa verberas:
Eu. Uerberaliſſime etiam rogitas non fur ſed trifur.